

Hymnus

I

C

ÆLITUM festum merito colendum laudibus cælum reple- atque ter-

ram, quos De- i nostros pi- etas tu- entes mit- tit O- lympo.

Angeli sancti, procures superni,
sedulī et primī Domini ministri,
principes magni populi ducesque
valde potentes.

Quos poli magno prælio superbis
angelis victis barathrumque missis
patriæ cæli Dominus locavit
arce perenni.

O Pater clemens precibus Tuorum,
quos celebramus, rege nos et auge,
quo Deum verum colat orbis omnis
laude fidei.

Solis abscessus tenebras reduxit,
nunc, Pater, nos irradias, benigne,
luce qui fulva foves angelorum
agmina sancta.

Laus Tibi Patri, decus atque Nato,
Flamini Sancto parilis potestas,
cuncta qui summa pietate regnas
omne per ævum. ℟ Amen.